

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2487

Auteur(s) : Robert Olivier, de Morville [particulier]

Bénéficiaire(s) : Coutances (hôpital-Dieu)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1273, avril

Action juridique : vente

Langue du texte : latin

Analyse

Robert Olivier de Morville vend à l'Hôtel-Dieu de Coutances, moyennant quarante sous tournois qui proviennent de la donation de Jean d'Essey, évêque de Coutances, pour son obit, une rente annuelle de deux boisseaux et demi de froment et deux deniers tournois à Morville.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Le Cacheux Paul, *Essai historique sur l'Hôtel-Dieu de Coutances*, l'hôpital-général et les Augustines hospitalières depuis l'origine jusqu'à la Révolution avec cartulaire général, Paris, Picard, 1895-1899, 2 vol., t. 2, n° LXXXVIII, p. 75.

Dissertation critique

Entre les 9-30 avril 1273.

Texte établi d'après a

Sciunt omnes presentes et futuri quod ego Robertus Oliveri, de parrochia de Morevilla, vendidi et concessi finaliter, priori et fratribus domus Dei Constanciensis, duos bussellos et dimidium frumenti, annui redditus, ad mensuram dicte ville, et duos denarios turonenses, super tribus virgatis terre vel eocirca, de elemosina dictorum prioris et fratrum, quas ab eisdem teneo in feodum, sittis in dicta parrochia de Morevilla, apud Maubuc, inter terram Guillermi Balay et terram Roberti de la Noete a lateribus, et butat ex uno capite ad murum domus Dei predicte et ex alio capite ad terram Ricardi de Haia ; tenendum, habendum et percipiendum annuatim, dictis priori et fratribus et eorum successoribus, libere, quiete et pacifice et omnino absolute, dictum frumentum ad festum Sancti Michaelis et dictos denarios ad Natale Domini, una cum redditu quem eisdem solvebam annuatim de antiquo, pro predicta elemosina, per manum meam et heredum meorum, facienda, salvo jure capitalium dominorum. Pro hac autem venditione taliter a me facta, dederunt michi dicti prior et fratres quadraginta solidos turonensium et persolverunt in peccunia numerata, quam peccuniam habebant dicti prior et fratres de dono seu legato bone memorie Johannis, quondam episcopi Constantiensis, ad emendos redditus ad faciendam pitanciam in dicta domo communiter inter fratres et pauperes, quolibet anno, in die anniversarii predicti episcopi. Quapropter ego predictus Robertus et heredes mei tenemur et tenebimur, in perpetuum, dictum redditum ad dictos terminos reddere annuatim, acquitare, garantizare ab omnibus faisanciis et redibenciis versus omnes, vel alibi in nostra propria hereditate, valore ad valorem, excambiare, si forte garantizare non possemus. Et ego dictus Robertus et heredes mei non poterimus dictam elemosinam alicui dare, vendere, obligare nec amplius honerare, sine licentia dictorum prioris et fratrum. Hec autem universa et singula juravi, tactis sacrosanctis evangeliis, me fideliter servaturum et quod de cetero contra

non veniam ullo modo. In cujus rei testimonium perpetuum et munimen, presentem cartam sigilli mei munimine roboravi. Actum est hoc anno gratie M° CC° septuagesimo tercio, mense Aprilis.